Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



81

V. S. Cassianus ~~martyrio in Rætia Christi~~ martyrio affectus est circa annum 303. Lechius ad sec. IV SS: Hæc mihi mens est, Cassianum ad Sabionenses verbo Dei et sacro fonte imbuendos delatum esse sub Valeriano adhuc Christianorum fautore usque an. ~~num~~ Chr. CCLXVII, deinde expulsum ab Alemannis gentilibus Rætiam nostram infestantibus anno CCLXVIII. Demum Imolæ martyrium consummasse tempore sævæ persecutionis Diocletianæ, universim indictæ anno CCCIII. Ejusdem sententiæ sunt celsissimus Princeps Episcopus Brixinensis ~~Antonius Gasinus apud Raderum in Bavaria sancta, Brunnerus~~ Momenta hæc sunt. Anno ~~CCCCIII~~ 407 Prudentius clarissimus Poeta Immolæ venerans tumulum S. Cassiani, an-divitab ædituo explicante picturam appositam:

Historiam pictura refert, quæ tradita libris
Veram vetusti temporis monstrat fidem.

Ergo longo tempore antea passus erat Cassianus. Passus est, eodem Prudentio teste, quando

--- fidem quatiens tempestas sæva premebat
Plebem dicatam Christiana gloria.

Atqui sub Juliano tempestas sæva persecutionis non premebat: quia is, testibus Hieronymo, Augustino ck. animas potius ~~blandiment~~ blande, quam corpora sæve quærebat perdere. Verum id a Juliano edictum esse, ut schola literaria abolerentur: at Cassianus, non ~~quod literas doceret~~ quia literas docuerat, sed ~~quod~~ aris supplicare spreverat, supplicio additus est. Porro passus est S. Cassianus, postquam Sabione pugnus finisset; ~~Hujus~~ ut Immolensis ac Brixinenses traditiones docent. Nulla apparet talis expulsionis occasio, quam impetus Alemannorum in Italiam ~~anno~~ circa annum 268. Neque potius tempus fidei Christiana in Rætia nostra dilatandæ fuit, quam Valeriani Præfectura et primis Imperii annis: ut qui Christianis optime affectus fuerat.

Hæc omnia de S. Cassiano dicta, si fusius probata cupias, adi Raderum in Bavaria sancta, et quem ibi recitat, celsissimum Antonium Gasinum; item Rosthnannum in Vindiciis S. Cassiani, et cl. Lechium Annal. Sab. sec. IV. ~~Ubi~~ Apud quos auctores etiam ea, quæ objici solent, soluta invenies.

Imp.

est,

sub